

L. florus
Dialogus luciani cu recomendacione
heremi francisci petrarche
Dialogus luciani q inscribitur caron
Judicium iouis de montefort et
Historia occisionis in Culm
Oro marci tullii ciceronis
p marco marcello ad p.c.
Oro inuectiua con catilina
Basilius magnus
Explr magni turci
Latinum ydeoma p religiosis
Elegancie latinitatis augustini p.
una cum modo epistolandi
Explr augustini maurus

L. Annei flori Epithoma hoc emendatum:
fridianus pighinutius lucensis Et Joannes Wit-
tigisere imprimendum curaverunt. Quod
arte sua Conradus gallicus In oppido lip-
tzensi perficit xii. Calend. Junii Anno
salutis M°. CCCC° lxxxseptimo 1487

[redacted]

A. 1523

Andr. Ju. U. n.
Univer
Cralo:

Iustinus libelli este possessor nicolaus dumpkowsky et este emptus pro novem grossos.

Apud magistrum Bronynsky

Agnes Maria Anna

6

Marci Tullij Cicerōis liber primꝰ Inuectiuarū in Cathelinam.

Paulus Niauis arcium Magister Prestanti viro Nicolao neunu bel in plawen vitaz agenti domio suo colendo Salutem purimum d.

Marcus Tullius cum in perorandis causis: atqꝫ negocijs per suasionez pre se tulit et ad obtinendas res suauem/ꝓ quibus egerit: et concinnitudinez ad sermones exornandos prope sin= gularem: tum maxime in chatelinam inuehendo acrimoniaz vehementez. ac illud quidem ea fecerit ratione/ vt eius ingeni um in periculosissimis reip. causis/ et vigilancius videretur et ad conseruandam vrbem propensius Etenim in hoc mag= norum virorum opera: labor animi conatus industria versat̄ ad hoc se deniqꝫ natos esse arbitrantur/ vt patrie prosint: ipaz qꝫ augeant: et retineant in vigore suo Quot reuera cū Cicero ni clarissimum videbatur nulli pepercit lucubracioni. nullum timens/ neqꝫ ꝑiculum: neqꝫ insidias coniuratorū. sed forti ꝓ= posito: constanti voluntate: firma spe/ nitebat̄ quousqꝫ ca= thelinam populi romani pernitiem/ ne dicam orbis terrarum pepulit: atqꝫ ex vrbe eiecit/ omnia si oratoris illius facta pen= sauerimus/ nec magnificentius aliud: nec clarius inter res ges tas facinus repitur Id vnum est quo immortalis censetur me moria eius. ac illas quidem in cathelinam inuectiuas ceteris orationibus longe non solum ornatiores: sed insuꝑ sunt velu= ti ferrum fortissimi ducis/ quo ipse hostiū territat versucias? ac plane a suis finibus propulsat: sed deus bone quid preclari= us? quid prestantius? quid laudabilius? quid postremo ad priscorum disciplinam propius accedit? qm̄ multis beneface= re: astare patrie: virtute ꝑditorum hominum abditas insidi= as extermiāre. at vero sagatius intuenti hec omnia patescunt omniaqꝫ in Marco Cicerone extitisse pietatis offitio compe riet: cernetqꝫ consulem: ac eum quidem ipsum/ cui resp. com

missa est capitis pocius subire picculum: qm̄ forte a cōmisso si=
bi vrbis munere vnqm̄ deficere: hoc Tullius noster magistrati=
bus ipsis ceu quoddam exemplum reliquit: in quo pspicere pos
sunt / eum non sui esse qui cunqz collum publicis rebus subie=
cerit: sed status: atqz dignitatis humeris suis imposite Naz
in illis libris executus est quod in eo ad sidera tulit / qui de
scipionis somno inscribitur vbi beatam vitam his qui patri=
am auxerint a principe illi / qui omnem mundum regit: atqz
gubernat pollicitam esse confirmat. sed quantam huiuscemo
di clarorum viroꝝ acta in litterarum studiosis vtilitatem pa
riunt tuo iam relinquo grauissimo: atqz optimo iudicio vale.

Marci Tullij Cicerōis liber prim⁹ Inuectiuarū in Cathelinam.

Vousqꝫ tandez abuteris catilina pacientia nostra? qm̄diu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audatia Nihil ne te nocturnum presidiuz pallacij: nihil vrbis vigilie: nihil timor populi: nihil concursus bonorum omnium: nihil hic munitissimus habendi senatus locus: nihil horuz ora vultus qꝫ mouerunt. patere tua consilia non sentis Constrictam iaz horum omnium conscientia teneri coniurationem tuaz non vides? quid proxima: quid superiore nocte egeris: vbi fueris quos conuocaueris: quid consilij ceperis. quem nostrum ignorare arbitraris? o tempora: o mores Senat⁹ hic intelligit: consul videt. hic tamen viuis: viuit! imouero et in senatū venit fit publici consilij pticeps Notat et designat oculis ad cedē vnūquemqꝫ nostrum Nos autem viri fortes / satisfacere reip. videmur / si istius furorem: ac tela vitemus ad mortem te cathelina duci iussu consulis iampridem oportebat. in te conferri pestem istā / quam tu in nos omnes iam diu machinaris an vero vir amplissimus. P. scipio pontifex maxim⁹ Tiberniū graccum mediocriter labefactantem statum reip. priuatus interfecit Cathelinam vero orbem terre cede: ac incendijs vastare cupientem nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua pretereo / ꝙ quintus Seruilius hala spurium Meliuz nouis rebus studentem manu sua occidit. fuit ista quondam in hac rep. virtus / vt viri fortes acrioribus supplicijs ciuem perniciosum quam acerbissimum hostem coherecerent. habemus enim senatus consultum in te cathelina vehemens: et graue. nō deest reip. consiliū: neqꝫ auctoritas huius nos nos ordinis. dico aperte consules desumus. decreuit quondaz senatus vt lucius opimius consul videret / nequid resp. detrimenti caperet nox nulla intercessit / mox interfectus est! propter quasdam sedicionū suspitiones. C. gracc⁹ clarissimo patre natus auitis

moribus occisus est cum liberis Marcus fuluius consularis si
mili senatusco͂sulto occisus est! C. mario: et l. valerio co͂suli
bus. permissa est resp. Num vnum diem postea L saturniuz
Tribunuz plebis: et C seruilium pretorez mors: ac reip. pena
remorata est: at nos vicesimu͂ iam diem patimur hebescere aci
em horuz auctoritatis. habemus enim huiuscemodi senatus
consultum! veru͂tamen inclusum in tabulis tanq̄m gladiu͂ in
vagina reconditum! quo ex senatusconsulto statim interfec-
tum te esse Ca. conuenit viuis / viuis non ad deponendam
audaciam: sed ad confirmandam Cupio o. p. C. me esse de
mente͂ cupio in tantis reip. periculis no͂ me dissolutu͂ videri.
sed iam ipsum inercie: nequicieq; contemno. Castra sunt in
italia. contra P. R. in hetrurie faucibus collocata. crescit in
dies singulus hostium nu͂erus eorum autem castrorum impe-
ratorem: ducemq; hostium intra menia: atq; adeo in senatu
videmus. intestinaz acquilaz: perniciem quotidie reip. moli
entem. si te iam Ca. co͂prehendi: si interfici iussero / credo ve
rendum erit mihi ne non pocius hic omnes boni serius a me /
q̄m quisq̄m. crudelius factum esse dicant Veru͂tamen ego hic
quod iampridem esse factu͂ oportuit certa de causa nondu͂ ad
ducor vt faciaz Tum deniq; interficiam te / cum iam nemo /
tam improbus: tam perditus: tam tui similis inueniri pote-
rit cui id non iure factum esse videat᷑. qua͂diu quisq̄m erit qui
te defe͂dere audeat viues: et viues ita vt nu͂c viuis multis meis
presidijs oppressus: et obsessus! ne co͂mouere te contra remp-
possis. multorum te etiaz oculi: et aures non sentientes sicut
adhuc fecerunt speculabuntur. atq; custodient Etenim quid
est Ca. q̄ iaz amplius expectes: si neq; nox tenebris obscurare
cetus nepharios: nec priuata domus parietibus co͂tinere vo-
ces co͂iuracionis tue potest. si illustrantur: si erru͂punt omnia
mutato iam mentem istam / mihi crede obliuiscere cedis: ⁊ in
cendiorum Teneris vndiq; luce sunt clariora tua consilia no-
bis omnia. que et iam licet mecuz recognoscas. meministi me
ante idem xij kalendas nouembris dicere in senatu / fore in ar

mis certo die! qui dies futurus esset ante sex kalendas nouem bris C. Manlium audatie satellitez administrum tue fefellit Ca. non modo res tanta: tam atrox: tanq3 incredibilis. verũ id q multo magis ãmirandũ dies. dixi ego idem in senatu cedem optimatum contulisse ante diem v. kalendas nouenbris Tum cum multi principes ciuitatis rome non tam sui conseruandi qm̃ tuorũ consiliorũ reprimendorũ causa profugerunt. Num inficiari potes? te illo ipso die meis presidijs: mea diligencia circũclusũ cõmouere te contra remp. non potuisse. cũ tu discessu ceterorũ / nostra tamen qui remansissemus cede cõtentũ te esse dicebas. quid cum tu te preneste kalendis ipsis nouembris occupaturũ nocturno impetu esse cõfideres. sensisti ne illaz coloniam meo iussu: meis presidijs custodijs vigilijsq3 esse munitam. nihil agis: nihil moliris: nihil cogitas / q ego non modo audiam: sed eciam videam: plane etiam sentiam. recognosce tandez mecũ noctez illaz supiorez iam intelliges multo me vigilare acrius ad salutez q̃ te ad pniciem reip. dico te priore nocte venisse inter falcarios / non agaz obscure. in M. lecce domuz cõuenisse eodem complures eiusdem amẽtie: scelerisq3 socios Num negare audes? quid taces? cõuincaz si negas. video enim hic in senatu quosdam qui tecum vna fuerũt O dij immortales vbi naz gentiũ sumus? in qua vrbe viuim⁹ quã remp. habem⁹? hic hic sunt modo in numero vestro P. C. in hoc orbis terre sanctissimo: grauissimoq3 consilio / qui de nostro omniuz interitu / qui de huius vrbis. atq3 adeo orbis terrarum exicio cogitent. hoste ego video consul: et de re publica sentenciã rogo Et quos ferro trucidari oportebat eos nondũ voce vulnero. fuisti igĩt apud leccã illa nocte Ca. distribuisti partes italie. statuisti quo proficisci placeret. delegisti quos rome relinqueres. quos tecũ educeres. descripsisti vrbis partes ad incendia. cõfirmasti teipm̃ exituruz. dixisti paululum tibi esse etiam nunc more q ego viuerem. Reperti sunt duo equites romani / qui te ista cura liberarent Et se illa nocte pauloante lucem me in meo lectulo interfecturos eciam pollic

rentur. hec ego omina vix dum cetu vestro dimisso comperi.
domum meam maioribus presidijs muniui: atqꝫ firmaui Ex
clusi eos quos tu ad me salutatum mane miseras quos ego iā
multis: ac summis viris ad me id temporis venturos esse pre=
dixeram! que cum ita sint Ca. perge quo cepisti Egredere ali
quando ex vrbe. patent porte/proficiscere. nimium diu te im
peratorez tua illa māliana castra desiderant Educ tecum etiā
omnes tuos Si minus q̄m plurimos. purga vrbem. magno
me metu liberabis! dūmodo inter te et me murus intersit. no=
biscum versari iam diucius non potes. non feram non paciar.
non sinam Magna dis immortalibus habenda est: atqꝫ huic
ipsi ioui statori antiquissimo custodi hui⁹ vrbis gracia ꝙ hāc
tam tetram: tam horribilem: tamqꝫ infestam Reip. pestez to=
ciens iam effugimus Non est sepius in vno homine summa
salus periclitanda/reip. q̄mdiu Ca. mihi consuli designato
insidiatus es. nō publico me presidio: sed priuata diligētia de
fendi. cum proximis comicijs consularibus me consulez in cā=
po Marcio/et competitores tuos interficere voluisti. Com
pressi conatus tuos nepharios/amicorum presidio: et copijs
nullo tumultu publice concitato. deniqꝫ quotienscunqꝫ me
petisti/per me tibi obstiti q̄m q̄ꝫ videbam perniciem meam/
cum magna calamitate reip. esse coniunctam nunc iam aper=
te remp. vniuersam petis. templa deorum immortalium: tec=
ta vrbis vitam omnium ciuium Italiam deniqꝫ totam ad ex
icium et vastitatem vocas. quare quoniam id ꝙ primum est
et quod huius imperij: disciplineqꝫ maiorum proprium facere
nondū audeo. faciā ꝙ est ad securitatē lenius: et ad cōmunez
salutez vtilius Nam si te interfici iussero residebit in rep. reli=
q̄ coniuratorum manus sin tu quod te iamdudum hortor ex
ieris/exhaurietur ex vrbe tuo discessu tuorum omnium mag=
na: et perniciosa sentina reip. quid est o Ca. num dubitas id
me imperante facere quod iam tua sponte faciebas? exire ex vr
be consul iubet hostem. interrogas me num in exilium? non iu
beo si me consulis suadeo. quid enim est. Ca. ꝙ te iam in hac

vrbe delectare possit: in qua nemo est extra istam cõiuratione͂
perditorum hominuꝫ qui te non metuat. nemo qui te nõ ode
rit. que nota domestice turpitudinis inusta vita tue nõ in=
est. quod priuatarum rerum dedecus: non heret infamie tue:
que libido ab oculis: quod facinus a manibus vnquã tuis qđ
flagicium a toto corpore absuit: cui tu adolescentulo quē cor
ruptelarum illecebris irretisses / non aut ad audaciam ferrum:
aut libidinem facem pretulisti: quid vero nuper cuꝫ morte su=
perioris vxoris nouis nuptijs domũ vacuã fecisses: nõne etiã
incredibili scelere hoc scelus cumulasti: q̄ ego pretermitto: ꝛ fa
cile pacior sileri / ne in hac ciuitate tãti facinoris immanitas
aut extitisse: aut nõ vindicata esse videatur. pretermitto rui=
nas fortunaruꝫ tuarum / quas omnes proximis idibus tibi im
pendere senties: ad illa venio que non ad priuatam ignomini
am viciorum tuoꝝ: non ad domesticam tuam facultatem: ac
turpitudinē: sed ad summã reip. atqꝫ ad omniũ nostruꝫ vitã
salutemqꝫ pertinent. potest ne tibi huius vite hec lux Ca. aut
huius celi spiritus esse iocundus cum scias esse horum neminē
qui nesciat te pridie kalendas Jan. lepido: ꝛ Tullio consulibꝰ
stetisse in comicio cũ telo: et manũ consulũ: et principũ ciuita
tis interficiendorũ causa parauisse: sceleri: ac furori tuo / nõ
mentem aliquam: aut timorem tuum: sed fortunaꝫ populi ro
mani obstitisse: at iam illa obmitto. neqꝫ enim sunt aut obscu
ra: aut non multo post cõmissa. quotiens tu me designatum:
quotiens vero me cõsulem interficere conatus es: quot ego tu
as proditiones ita coniectas vt vitari posse non viderent par=
ua quadã declinatõne. et vt aiũt corpore effugi: nihil asseque
ris nihil agis: nihil moliris qđ me latere valeat. neqꝫ tamen
conari: neqꝫ velle desistis. quotiēs iaꝫ tibi ex torta est sicca ista
de manibꝰ: quotiens vero excidit casu aliquo et lapsa est: ta
men ea carere diucius non potest. que quideꝫ quibus abs te in
iciata sacris: ac deuota sit nescio. q̄ eam necesse putas in con=
sulis corpore defigere. nunc vero que tua est ista vita: sic enim
iam mecum loquar non vt odio permotus esse videar. sed vt

misericordia que tibi nulla debetur venisti pauloante in sena
tum. quis te ex hac tanta frequentia: tot ex tuis amicis: ac ne
cessarijs salutauit Si hoc post hominū memoriam cōtigit ne
mini vocis contumeliam expectas Cum sis grauissimo iudi-
cio taciturnitatis oppressus quid quod aduentu tuo ista sub-
sellia vacua facta sunt? quid q̄ omnes cōsulares qui tibi per
sepe ad cedem constituti fuerunt. simul atq; assedisti partem
istam subselliorum nudam: atq; inanem reliquerunt. quo
tandem animo hoc tibi ferendum putas: serui me hercules
mei si me isto pacto metuerent vt te metuunt omnes ciues tui
domum meam relinquēdam putarem. tu tibi vrbem nō arbi-
traris? et si me meis ciuibus iniuria suspectū tam grauiter: at
q; offensū viderem / carere me aspectu ciuiū q̄m infestis om-
nium oculis conspici mallem. tu cum conscienciā scelerū tuo
rum agnoscas odium omnium iustū: et iam diu tibi debitum
dubitas quorum mētes sensumq; vulneras / eorū aspectus: p̄
sentiāq; vitare! si te parentes timerēt: atq; odissent tui / neq;
eos vlla ratione placare posses / vt opinor ab eorum oculis ali
quo concederes. nunc te patria que communis est parens om
nium nostrum odit atq; metuit. et iā diu te nihil iudicat ni
si de pricidio suo cogitare. huius tu neq; auctoritatē verebere!
nec iudiciū sequere? nec vim ptimesces? que tecū Ca. sic agit:
et quodāmodo tacita loquitur: nullū iā aliquot ānis facinus exti
tit nisi p te. nullū flagiciū sine te: tibi multorū ciuiū cedes tibi
vexacio direptioq; sociorū impunita fuit. ac libera: tu non solū
ad negligēdas leges: et questiones. verūeciā ad deuincēdas p
fringēdasq; voluisti Supiora illa q̄mq̄ ferēda non fuerunt tuli
tamē vt potui. nunc vero me totā esse in me. tu pp̄ter vnū te
quicquit increpuerit Ca. timeri nullū videri / cōtra me consi
lium iniri posse quod a tuo scelere abhorreat / nō est ferendum
quapropter discede: atq; hūc mihi timorē eripe. si verus est ne op
primar sin falsus vt tandē aliquādo timere desinā. hec si tecū
ita vt dixi patria loquatur nōne impetrare debeat? etiāsi vim ad-
hibere non possit. quid q̄ te ipse custodiam dedisti? q̄ vitāde

ſuſpitionis eam apud. M. lepidum te habitare velle dixiſti:
a quo nõ receptus etiam ad me venire auſus es. atqꝫ vt domi
mee aſſeruarẽ rogaſti. cum a me id quoqꝫ reſponſi tuliſſes / me
nullo modo poſſe eiſdem parietibus tuto eſſe tecũ! qui magno
in periculo eſſez! quod eiſdẽ menibus cõtineremur ad Q. me-
tellum pretorez populi. R. veniſti / a quo repudiatus. ad ſo-
dalem tuuz virum optimũ M. Marcellũ demigraſti / quem
tu et ad cuſtodienduz te diligentiſſimũ: et ad ſupplicandũ ſa-
gaciſſimum: et ad vindicandũ fortiſſimũ fore putaſti. ſed qm̃
longe videtur a carcere: atqꝫ vinculis ab eſſe debere / qui ſeipm̃
iam dignuz cuſtodia iudicarit. que cum ita ſint Ca. dubitas
ſi hic morari equo animo non potes / abire in aliquas terras:
et vitam iſtam multis ſupplicijs iuſtis debitiſqꝫ ereptã fuge ſo-
litudiniqꝫ mandare Refer inquis ad ſenatum: id enim poſtu-
las. et ſi hic ordo ſibi placere decreuerit / te ire in exilium obtẽ-
peraturum te eſſe dicis Non referam id quod abhorret a meis
moribus: ſed tantum faciam vt intelligas quid hij de te ſenti-
ant Egredere ex vrbe Ca. libera remp. metu. in exiliuz ſi hãc
vocem expectas proficiſcere quid eſt Ca. qđ attendas et quid
animaduertis horum ſilencium! paciuntur tacent quid ex-
pectas auctoritatem loquencium! quorum voluntatem taci-
toruz perſpicis. at ſi hoc idẽ huic adoleſcenti optimo P. Sex-
tio: ſi fortiſſimo viro M. Marcello dixiſſem iam mihi conſu-
li hoc ipſo in templo ſenatus iure optimo vim: ⁊ manus intu-
liſſet. de te autem Ca. cum quieſcunt probãt. cum paciunt̃
decernũt. cũ tacent clamant Neqꝫ hij ſolũ quorum auctoritas
eſt. videlicet clara vita vtiliſſima. ſed etiã illi equites Ro. ho-
neſtiſſimi: atqꝫ optimi viri: ceteriqꝫ fortiſſimi ciues qui circuz
ſtant ſenatum quoruz tu ⁊ frequentiaz videre: et ſtudia ꝑſpice-
re: et voces pauloante exaudire potuiſti. quorum ego vix abs
te iam diu manus: ac tela cõtineo: eaſdẽ facile adducaz! vt te
hec que vaſtare iãpridez ſtudes relinquẽtez vſqꝫ ad portas ꝓſe-
quant̃. quãqꝫ quid loquar te vt nulla res frangat. tu vt nũqꝫ
te corrigas tu vt nullã fugã meditere. vt tu nullũ exiliũ cogites

vtinā istā mētez dij imortales tibi donarēt. tāetsi video si mea
voce pterrit⁹ ire in exiliuz animū induxeris. quanta tēpestas
inuidie nobis: si minus in presens tēpus recenti memoria sce-
lerū tuorū at in posteritate impēdeat. sed non est. mihi tante
dūmō ista tua sit priuata calamitas. et a rep. piculis seiungatᷣ
sed tu vt vicys tuis cōmoueare: vt legū peās ptimescas: vt tē
poribus reip. cedas non est postulandum Neqꝫ enim is es Ca
vt te pudor a turpitudine aut metus a periculo aut racio a fu
rore reuocarit. qm̄obrem vt sepe iam dixi proficiscere: ac si mi
hi inimico vt predicas tuo conflare vis inuidiam recta via p-
ge in exilium. vix feram sermones hominū si id feceris vix mo
lem istius inuidie si in exiliū iussu consulis ieris sustinebo Sin
autem seruire mee laudi: et glorie mauis egredere cuz importu
na sceleratorum manu Confer te ad manlium. concita perdi-
tos ciues. secerne te a bonis. infer patrie bellum. exulta impio
latrocinio. vt a me nō eiectus ad alienos: sed inuitatus ad tu
os isse videaris. qm̄qm̄ quid ego te inuitem. a quo iam scio es
se premissos / qui te ad forum aurelium prestolarentur armati
cum sciam iam pactaz: et constitutam cum Manlio diem: a
quo etiam aquilam illam argenteam qm̄ tibi ac tuis omnibus
confido perniciosam: ac funestam futuram. cum domi tui sa
crarium scelerum tuorum constitutum fuit sciam esse premis-
sam. tu vt illa carere diucius possis quā venerari ad cedem pro
ficiscens solebas a cuius altaribus sepe istam impiam dextraz
ad necem ciuium transtulisti Ibis tandem aliquando quo te
iampridem ista tua cupiditas effrenata: ac furiosa rapiebat.
Neqꝫ enim tibi hec res affert dolorem sed quandaz incredibilez
voluptatem. ad hanc te amentiam natura peperit: voluntas
exercuit: fortuna seruauit Nunqm̄ tu non modo ocium: sed
ne bellum quidem / nisi nepharium concupisti. nactus exper-
ditis: atqꝫ ab omni non modo fortuna: verumeciam spe dere
lictis conflatam improborum manum hic tu qua leticia pfrue
re? quibus gaudijs exultabis? quanta in voluntate bacha-
bere? Cum in tanto numero tuorum / neqꝫ audies virum bo-

num quemq̄m : neq; videbis huius vite studium meditati illi
sunt qui feruntᷓ labores tui : iacere humi nō solū ad obsidendū
stuprum : verumetiā ad facinus obeundum. vigilare non solū
insidiandum somno maritorū : verūetiam bonis occisorum.
habes vbi ostendas illam tuaȝ preclaram patienciā famis fri-
goris inopie rerum omnium. quibus te breui tempore confec-
tum esse senties tantum ꝓfeci / tum cū te a consulatu repuli vt
exul potius temtare / q̄m consul vexare remp. posses : atq; vt
id quod esset a te scelerate susceptum latrocinium potius q̄ȝ bel
lum nominaretur Nunc vt a me P. C. quandam prope ius-
tam patrie querimoniaȝ detester : atq; deprecer. percipite que
so diligenter que dicam : et ea penitus aīs vestris mentibusq;
mandate Etenim si mecum patria que mihi vita mea multo
est carior : si cuncta italia : si omnes resp. loquanᷓ ? Marce tul
li quid agis ? Tu ne eum quem hostem esse comperisti : quē du
cem belli futurum vides ? quem expectari imperatorem in cas
tris hostium sentis : auctorem sceleris principem cōiuratōnis
euocatorem seruorum : et ciuium perditoruȝ exire paciere ? vt
abs te non emissus ex vrbe sed immissus in vrbeȝ esse videatur
nōne hunc in vincula duci ? nōne ad mortē rapi ? nōne summo
supplicio mactari imꝑabis ? quid tandeȝ te impedit ? mos ne
maioruȝ ? at persepe etiam priuati in hac rep. ꝑniciosos ciues
morte mulctarunt. an leges ? que de ciuium romanorum sup-
plicio rogate sunt ? at nunq̄m in hac vrbe hij qui a rep. defece-
runt ciuium iura tenuerunt. an inuidiaȝ posteritatis times
preclaram populo romanam refers gratiaȝ. qui te hominē per
te cognitum nulla comendatione maiorū tam mature ad sum
mum imperium per omnes honoꝝ gradus extulit. si propter
inuidiam : aut alicuius ꝑiculi metum salutē ciuiū tuorū negli
gis. sed si quis est inuidie metus nō est vehemētior seueritatis
aut fortitudinis inuidia quam inercie : atq; nequitie ꝑtimescē
da an cum bello vastabiᷓ italia ? vexabuntur vrbes ? tecta arde
bunt ? tum te non existimas inuidie incendio cōflagraturum
his ego sanctissimis reip. vocibus : et eoruȝ hominū qui hoc

idem sentiunt. mentibus pauca respondebo Ego si hoc optimum factum iudicarem P. C. Ca. morte multari: vnius vsuram hore gladiatori isti ad viuendum non dedissem Etenim si summi et clarissimi viri saturnini: et graccorum et flacci: et superiorum cumplurimi sanguine non modo se contaminarunt: sed etiam honestarunt. verendum mihi non erit ne quid hoc parricida ciuium interfecto inuidie mihi in posteritatem redundaret! quod si ea mihi maxime impenderet tamen hoc animo fui semper vt inuidiam virtute partam gloriam non inuidiam putarem Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine qui aut ea que imminent non videant: aut ea que vident dissimulent / qui spem catheline mollibus sententiis aluerunt Coniuracionemque nascentem corroborauerunt: quorum auctoritatem secuti multi / non solum improbi verumetiam imperiti si in hunc animaduertissem / crudeliter non egregie factum esse dicerent Nunc intelligo si iste quo intendit in manliana castra peruenerit / neminem tam stultum fore qui non videat coniurationem patefactam esse neminem tam improbum qui non fateatur. hoc autem vno interfecto intelligo hanc reip. pestem reprimi / nisi imperpetuum comprimi posse. quod si se eiecerit! secumque eduxerit suos: et eodem ceteros vndique collectos naufragos aggregarit! extinguetur: atque delebitur / non modo hec tam adulta reip. pestis: verumetiam stirps: ac semen malorum omnium. Quot enim iamdiu P. C. in his periculis coniuracionis insidiisque: versamur sed nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris: et audatie maturitas in nostri consulatus tempus erupit. quod si ex tanto latrocinio iste vnus tolletur videbimur fortasse ad breue quoddam tempus cura: et metu esse releuati. periculum autem residebit: et erit inclusum penitus in venis: atque in visceribus reipub. vt sepe homines egri morbo graui cum febri: estuque iactant. si aquam gelidam biberint primo releuati videntur. deinde multo grauius: vehementiusque afflictantur. sic hic morbus qui est in rep. releuatus / istius pena / vehementius quam viuis reliquis ingrauescet. quare secedant improbi: secernant se a bonis. vnum in locum congregentur. muro denique

id qꝫ sepe iam dixi discernant᷑ a nobis. desinant insidiari domi
sue ꝯsuli Circumstare tribunal pretoris vrbani obsidere. tum
gladios curiam malleolos: et faces ad inflāmandam vrbem
compare. sit deniqꝫ scriptū in fronte vniuscuiusqꝫ quid de re-
publica sentiat. pollicior vobis P. C. tantaz in nobis consu-
libus fore diligentiam: tantam in vobis auctoritatem: tantā
in equitibus romanis virtutem: tantaz in omnibus bonis cō
sensionem vt Catheline profectione omnia patefacta. illustra
ta oppressa vindicata esse videatis. hisce omnibus Ca. cum
sūma reip. salute cuz tua peste: ac ꝑnitie. cumqꝫ eorum exicio:
qui se tecuz omni scelere: parricidioqꝫ iunxerūt. proficiscere ad
impium bellum: ac nepharium Tu iupiter qui eisdez quibus
hec vrbs condita auspicijs a Romulo es cōstitutus: quem sta
torem huius vrbis atqꝫ imperij vere nominamus/hunc: ⁊ hu
ius socios a tuis aris ceterisqꝫ templis: ac tectis vrbis a meni-
bus: a vita fortunisqꝫ ciuium omnium arcebis Et omnes bo
norū intimicos: hostes patrie: latrones Italie scelerum federe
inter se: ac nepharia societate coniūctos/eternis supplicijs/
viuos mortuosqꝫ mactabis.